ABRAAM

—

DE

NATIVI-

TATIBUS

COLONIÆ

1537

PIERSON



Piece 1

Ex libris S^tae Genovefae Parisiensis


ABRAAM

IVDAEI DE NATIVITATIBVS,
hoc est, de duodecim domiciliorum
cæli figurarum significatione, 1753
ad Iudiciariam Astrolo
giam, non solum uti
lis sed & neces
sarius plane
liber,
pristino suo nitori restitutus,
PER
IOAN. DRYANDRVM
Medicum & Mathematicum.

Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum,
Anno 1537 mense Augusto.



Figura commutationis partium Zodiaci in partes Calendarũ & e contra.



Candido Lectori, Reinhardus Hadamarius Lorichius.

Luminibus si te radians oratio, cunctis
Et perfecta modis verba rotunda iuuant.
Arpinatis adi diuina volumina patris:
Docta pares aut quos secla tulere libros.
Prelia facundo complurima Liuius ore:
Atque fluens niueo lacte profudit opus.
Mollior humanis Elegia furoribus ardet:
Tristior infausto sine Cothurnus hiat.
Stultitiam Regum, Circen, Syrenas, Ulyssem,
Mœonia fultus scripsit Homerus ope.
Non simili quamuis Abraham virtute iuuãdi
Ista tamen parili scripta labore tulit.
Que natalitię presentia sydera lucis
Edoceant, simul ac dira quid Astra ferant.

τέλοσ, κὴ τῷ θεῷ δόξα.

IOANNES DRYANDER ME DICVS ORNATISSIMO EXERCITAtissimoq́ rerum Mathematicarum N. Brugknero amico suo candido S. D.

DVO incommoda, quo minus hic autor, per me utcumq́ suo nitori restitutus, ꝑposita esse uideo, ornatissime Brugknere. Hoc, quod cum alinenæ sit linguæ phrasis, non talem, qualem hoc seculum, maximè linguarum culturæ, sermonisque splendori studiosissimum, requirit, sed uix dum semilatinam auctor hic nactus sit, uersionem. Illud, ut si, etiam linguæ toleretur malum, tamen eius generis esse libri argumentum (nempe Astrologicum prognosticumq́ planè) quod contemptior eo nomine, uel saltem suspectus magis esse liber, bonis etiã uiris, occipiat. Verũ, est quod autorẽ ab utroq; incomõdo uindicare queat. Ad linguæ infelicitatem quod attinet, nec tanti momenti esse puto negocium, ut, siue ob scabritiẽ, siue ob blanditias linguæ, librum alioqui bonum, cuius quoquo modo uerus haberi potest sensus, è manibus sibi excuti ferat uir probus atq; cordatus, nec em̃ uideo, aurum minori esse in precio, quod in uase fictili hoc, illud, in splẽdida arca custodiatur. Recteq́ olim dictum esse puto, non quis, sed quid, dicatur considerandum, cui nimirũ iudicio si hodie quidam, qui sibi uidentur plus nimium sapere, sese attemperassent, tanta linguæ procacitate Barbaros (ut ipsi inquiunt) alioqui tamen eruditos, ac plane philosophicos autores, nunq̃ repudiassent. Modestiæ erat, quod eius seculi cõmune erat linguæ uicium, dissimulare, Rem autem unà cum linguæ incom-

modo amoliri, num præter decorum sit actum dubito. Quid si artibus ingenuis atque philosophiæ & suum erat fatum, suaque pestis statuta, ut quo probiores erant disciplinæ, ita magis intricata, magisque barbara lingua, ad posteros transmittebant, Id quod theologorũ Biblijs, Medicorum Hippocrati, Galeno, & Auicennæ: Mathematicorum uero, non uno atque altero, sed ferme omnibus bonis libris, accidisse constat. Hi itaque tot disciplinarum, tot rerum philosophicarũ refertissimi autores, quod linguæ lenocinium non habeant, prætereundi scilicet nobis erunt? Vt nec ego barbariem reuocari, glãdesque scilicet repertis frugibus præferri, pulchrum esse puto. Sic bonos autores uersionis malæ gratia relegare nõ ausim. Iudicio rẽ fieri par erat, & ego Ciceronis lingua loquentem, quàm quoquo modo balbutientem Abrahamum nostrũ recipere malim, sed hoc cum non datur, quod proximũ est, faciendum puto, scilicet aurum ex stercore colligẽdum erit. Ob id & Plinius recte, scilicet nullum librum, tam malum esse, quin parte aliqua prodesse queat, iam olim dictitabat. Reliquum, quod autorem hunc nostrum Abrahamum, astrologica quædam arcana, maximè quæ ad iudiciariã faciunt astrologiam, prodere atque docere, eleuant quidam, eoque nomine contemptiorem fieri librum putent, leuius est, quàm quod hic confutari debeat. Cum astrorum influxus siue potentia, tam in nostris, quàm in reliquorm animantium corporibus, adeoque omnibus in terræ Globo hærentibus creatis, notior sit, certaque experientia comprobata, utà quoq̃ negari, insaniæ similimũ esse putem. Nec audiẽdos esse duco quosdam propostere philosophantes, qui nos astris plus nimiũ tribuere cauillãtur, Deoque potestatem detrahere, quasi astrorum inclinans illa uis, uel arcana uirtus, aliũde, quàm à sũmo Deo proficiscatur. Deum esse omnipotentem, Deum omnia operari in omnibus, non tã sumus athei, quin adseramus. Verum

ubi Medicus curat ægrotum, ubi agricola è terræ cultu sibi
messem fertiliorem ꝓmittit, & hæc Dei esse opera scimus: De-
um tamen per sua instrumenta, atq; per quædam quasi media
operari, id adseuerare, quis impium esse putet? Idq; genethlia-
cos uoluisse constat, ubi statuunt, astra quidem inclinare, urge-
re autem minime. Id quod nec astrologorum omnium princi
pem Claudium Ptolemæum latuisse par est, cũ dicit: Sapiens
dominabitur astris. Verũ, ne quid hoc in loco Astrologiæ en-
comiũ adornare uidear, de his plura in mediũ proferre cesso,
sat mihi esse puto, si ex te hoc impetro, ut hunc autorem inter
reliquos eius artis libros, utpote Ptolemæum, Guidonem Bo-
natũ, Hali Abenragel atq; Alkabitium, in loco aliquo esse pati
aris. Vale ornatissime uir, atq; hũc meũ laborem æqui boniq;
consulas, quẽ & Cornelio Fauio, Consulari uiro, Aromatario
Confluentino, Medicarũ atq; Mathematicarum rerum studio
sissimo, Cõpatri meo suauissimo, cõmunem facias rogo. Rur-
sus uale. Datæ Marpurgi Calendis Augusti Anno, 1537.

Incipit liber Abrahami Iudei De Natiuitatibus.



Quę instrumenta ad inueniendum horoscopon sint aptiora.

Ixit quoque Abraham Iudæus, optimū instrumentorum ad inueniendum gradum Orientem, in natiuitatibus, est Astrolabiū, quod quāto perfectius fuerit, tanto melius. Post Astrolabium autem optimum est instrumentum, quod appellatur Quarta circuli. Post hæc Vmbra recta: Post hæc Vmbra transuersa: Post hæc mensura per aquam facta. Animodar, quod interpretatur trutina, de qua dixit Ptolemæus, quod considerandum est, quis Planeta potestatem habeat in gradu adunationis uel oppositionis Solis & Lunæ, qui natiuitaēt præcessit, quia quot gradus signi in quo est illæ planeta, præterierunt, tot sunt gradus Orientis uel medij cæli. Multis probationibus falsum esse constat, quod siquis defensor Ptolemæi accesserit, & nobis obijciat, dicens: falsitatem Animodar nō recte probatā esse, propter discordiam philosophorum, propter discordiam de potestatibus planetarum in gradibus. Respondemus nos: in multis natiuitatibus cum Astrolabio perfecto, etiam in puncto ipsarū natiuitatum, in terra etiam, cuius latitudo cognita in gradibus & minutis, sumpsisse gradus & minu. altitudinis Solis, nec tamē inuenisse aliquando aliquem de septem planetis, cuius gradus & minuta respondēt gradibus & minutis Orientis uel medij cæli, nisi cum fallacia, plus q̄ trium qnartarū horæ. Dixit Messahala, Differentia adunationis & oppositionis solis & lunæ, tanq̄ horam unam temporalem ponendā esse, & deinde, quantū hora natiuitatis ab hora præcedente adunationis & oppositionis distiterit, considerandum esse, & secundum proportionem distantiæ illius, ad totam distātiam inter adunationem & oppo-

Adunatio nis & coniunctionis

Conuincitur error Ptolemę.

sitionem, de hora temporali sumendū, sed & hoc multotiens falsum esse probauimus. Dixit Hermes, quod locus Lunæ in hora infusionis spermatis in matricem, erit gradus Oriens in natiuitate, gradus uero Oriens in cōceptione, est Lunæ locus in natiuitate, quod uerum esse probatione cognitum est, nisi natiuitas uel septimo uel undecimo mense fuerit. Magistri em̄ Astronomiæ, primū mensem à conceptione Saturno attribuunt, eo, quod ipse semini uim retentiuā administret, Secundum uero Ioui, eo, quod ipse incremētum semini conferat. Tertium Marti, calorem augmentanti & motum attribuenti. Quartum Soli, qui uitā spiritualem in corde ponit. Quintū Veneri, lineamēta corporis & membra formanti & uenustāti. Sextum Mercurio, qui membra à se diuidit, hactenus coniuncta. Septimum Lunæ, quæ formæ est & modus indicatiua, nascentem in hoc mense cōtingit uiuere, sed nō diu, & uix unus inquinamento carens, in hoc mense nascitur. Octauus iterum ut primus, Saturno dedicatur, egressum conceptui prohibenti, quod si uel ex motu animæ uel accidēte corporis in hoc mēse prægnas pepererit, & pariens & partus simul uita priuabuntur. Item nonus Ioui asscribitur, quo plurimi nascuntur, Contingit etiam quosdam in mense decimo nasci, eo quod Mars motum præbeat, cui est mensis ille. Sunt quoq;, qui mēse undecimo oriuntur sed rarissimi, ut uix unus inter mille. Nunc autem artem tra demus, qua scire poterimus, cognita natiuitate, quot dies prægnans cōceptui hospicium præbuerit. Cognito Oriente in natiuitate, cognitoq; utrum Luna in superiori hemisperio fuerit, uel ꝓpe ipsum in principio septime domus, uel iuxta principium inuēeris, dies moræ fuerunt. 259 si autem plurimum à principio septime domus distiterit, uide quot gradus æqualibus ab eo distet, & ꝑ singulis grad. sume horā rectam & .50. minu. horæ, horas cū min. horæ in dies redige, & q^d inde pro-

Hermetis trutina uera.



Qui planete quibus conceptionis Mensibus p̄sint.

Nascendi non idem terminus.

Moræ infantis in vtero calculatio

Oriēte & horoscopo siue signo Ascendente.

uenerit,præfatæ summæ dierum adiunge. Quod si Luna fuerit in Oriētis gradu,dies moræ fuerunt, 273. Quod si Luna in inferiori hemisperio fuerit uisa,differentia ab Oriente ad ipsam in gradibus æqualibus, operans ut supra,quod productum fuerit adde summæ præfatæ dierū, luna in superiori hemisperio existente. Consentio Hermeti in hoc,quod locus Lunæ in conceptione,erit oriens in natiuitate semp. Contingit uero si prope natiuitatem, scilicet séptē uel quinq; dies ante natiuitatem, alius planeta quàm Saturnus, gradū orientem in conceptione, obtinuerit ,ibiq; potestatē habēs, Luná uel ex q̄drato uel ex opposito respexerit,exibit partus citius præfinito tempore.

Autor cō sentit Hermeti.

Dixit Ptolemæus: Omnis planeta ante initiū alicuius domus existens,& minus quàm 5. gradibus ab initio distans, quasi in illa domo existēs est, siue principium illius domus sit in initio signi,siue non. Intelligendum aūt,distantiam prædictam quinque gradibus æqualibus esse considerandam, dico autē, quod quando planeta in principo domus maximæ uirtutis est,quanto autem in ipsa domo à principio magis elongatur, tanto uirtutis minoris est. Cum autem est in proximo gradu ante principium domus,paruæ potentiæ est,quam potentiam à principio recipit,minoris autem est potentiæ,cum in secūdo est ante principium domus,sic paulatim potētia diminuitur,crescente distātia,ut in q̄nto nullius sit uirtutis. Dixit Messahala,quod si planeta est in 30. gradu alicuius signi,nullius penitus uirtutis est in signo in quo est,sed in sequenti,hoc autem falsum est. Signa enim quocunq; modo accipiantur,siue secūdum cogitationem,siue secundum uisum,nullo interuallo à se ab inuicem distincta sunt. Notum est, Iouis terminum esse in Ariete à capite Arietis usq; ad finem sexti gradus eius. Terminum uero Veneris in sex gradibus sequentibus esse, tamen si fuerit Iupiter in principio sexti gradus Arietis,non dicetur uirtutem ha-

Potentia atq; effect9 planetarū quādo sint fortiores.

bere in termino Veneris subsequente, sed in suo, & sicut inter-
uallo non distat terminus à termino, sic nec signū à signo, nam totus circulus gradibus distinguitur. ☞ Dixit Hermes, cum aliqua stellarum fixarum primi honoris fuerit in gradu Oriente, ostendit nascentem magna & extranea & miranda ultra parentes habiturum, secundum temperiem illius stellæ: Dicitur autem temperies stellæ, quod ipsa similem in terrenis exercet uirtutem, similem dico uirtuti, quam in terrenis habet coniunctio aliquorum planetarum duorum. Dico autē hoc dictum Hermetis uerū esse, siue sit primi siue secūdi honoris fixa, quæ tamē paruæ latitudinis sit, ut Achimecalazel & Aldebarā, quæ sunt primi honoris, & cor Scorpiōis q̄ est secūdi, quæ uero magnæ latitudinis est, ut Aquila cadēs, quæ primi honoris est: uel Aquila uolans, quæ secūdi est, paruam uirtutē in terrenis possūt exercere. Dicit Anirizi, ꝙ fixa primi uel secūdi honoris cū gradu Oriente, in natiuitate ascendens, eandē habet uirtutem, quam habet in Oriente, quod falsum est, nam maior est uirtus longitudinis quàm latitudinis. Albumasar uero in Isagogis suis maioribus, multas & uarias figuras enumerat, cum unaquaqꝫ facie cuiusqꝫ signi ascendentis, secūdum Indos, quod magis ridiculo, quàm ueritati accedit. Itē Albumasar enumerat alias figuras secundum Ptolemæum cum faciebus signorum ascendentes, quod uerum est, secundum quadragintaocto figuras, quæ sunt in firmamento, quas Ptolemæus enumerauit secundum dispositionem quam habuerūt in tempore suo, nunc autem secundum sententiam suam loca mutauerunt, cum tamen secundum Indorum sententiam sint immobiles. Veritas autem sic est, quod siue illæ figuræ moueantur, siue nō, duodecim tantum earum cōsiderare debemus, quæ sunt propinquæ Zodiaco, non uiginti unam Septētrionales, nec quindecim Australes. Indi in libro natiuitatum multas partes faciūt, quas

Nota

Stellę fixę in natiuitate q̄modo & quid significent.

De imaginibus facierum.

Figurę.

Duodecim tm̄ cōsiderādas constellationes nō 48.

omnes negligit Ptolemæus, nisi partem fortunæ. Ego autem in hoc libro enumerabo quas probauerunt periti huius artis, scilicet: Doromus, Messahalla, Andruzagar. His prælibatis nũc de proposito dicendum est.


Nota partes.


Oriente, id est, Ascendente.



N primis ergo secundum tabulas probationum, Oriente inuento, domos quoq; secundum terræ latitudinem coæqua, secundum artem à nobis in Astrolabio traditam, non secundum magistros Astronomiæ, quorum falsitatem, in libro de rationibus tabularum ostendimus. Et cum duodecim domorum figuram descripseris, scribe locum cuiuslibet planetæ in domo, in qua inuenitur. Caput quoq; Draconis Lunæ, & Caudam, quos omnes in tabulis probationũ secundũ longitudinẽ terræ, oportet coæqtos esse. Scribe etiam septem respectus, cuilibet septem planetarum in domibus ubi sunt illi respectus considerandi, secundum distinctionem domorum & secundum gradus æquales, Hanc autem figuram appellamus figuram Ptolemæi,

Per probationum tabulas. Ephimerides intelligit.





POST hæc aliam fac figuram, & ab Orientis gradu minue octo gradus retro, nec cures an in eodem signo, an posteriori, terminetur subtractio, gradum uero in quocumque terminatur, scribe in secūda figura, initium ponens primæ domus, & ad hūc modum à principijs singularum domuū, deme octo gradus, & gradus terminationis, principia reliquarum domuum scribe in secūda figura, Similiter à locis singulorum Planetarum & Capitis & Caudæ & à locis respectuum octo gradus retro deme, & terminos subtractionis singulo-

Alius modus erigendi domos Iudię visitatioꝛ.

rum in secũda figura scribe, & hæc appellatur figura Indorũ.



Manu scriptum exemplar habet ☊ & ☋ in 9 gradu

Sunt autẽ hæ duæ figuræ, ad præsens negocium admodum necessariæ,

Anni nutritionis quot.



HIS, prædicto modo, figuratis, primo considerandũ occurit an nascens habiturus sit nutritionem quæ est quatuor annorum secundum Astronomos, qui anni attenduntur iuxta quatuor signa, quatuor elementis simila. Primum enim annum iudicat signum oriens. Secundum uero annum, secundum ab oriente signũ. Tertium, tertium. Quartum, quartum. Ad huius rei notitiam gradus

Oriens inſpiciendus eſt, an aliquis Planetarum ipſum reſpiciat ſecundum domorum diſtinctionem, uel ſecundũ gradus æquales. Si reſpectus ille fuerit Iouis uel Veneris uel Mercurij fortunati uel Solis uel Lunæ. Vnum bonum teſtimonium habes: ſi planeta reſpiciens in aliquo quatuor angulorum fuerit, niſi crematus uel retrogradus ſit. Si enim hoc contingat, falſum eſt teſtimonium. Si uero planetarum prædictorum nec combuſtus nec retrogradus aliquis fuerit, Orientẽ reſpiciens, fueritq́ꝫ dominus domus octauæ uel ſextæ uel duodecimæ, dimidiũ teſtimonium habes bonum. Quod ſi Luna in prima domo fuerit, unum teſtimoniũ habes perfecte malum. Item ſi Saturnus uel Mars, uel Mercurius non fortunatus, in aliquo angulorum fuerit, & hoc teſtimoniũ perfecte malum. Quod ſi aliquis horum trium, dominus fuerit alicuius angulorum, dimidium teſtimonium habes malum. Item ſi planeta fortunæ fuerit in prima domo, dederitq́ꝫ uim ſuã planetæ infortunij octauæ domus domino, & hoc teſtimoniũ perfecte malum. Luna uel reſpectus eius cum planeta fortunæ in aliquo angulorũ, bonum præſtat teſtimoniũ. Cũ planeta infortunij, malũ teſtimoniũ pfecte. Si uero poſt angulum, dimidiũ. Si uero in nona domo uel tertia, quartam teſtimonij præbet. Si uero fuerit cum planeta fortunæ in ſexta uel duodecima domo ſcilicet, nullius eſt teſtimonij. Ibidem tamen cum planeta infortunij, malum teſtimonium perfecte præbet. Item ſi luna fuerit in ſupiori hemiſperio, dederitq́ꝫ uim ſuam planetæ exiſtenti cuicunq; in inferiori hemiſperio quocunq; modo, teſtimonium perfecte malum. Si uero Luna in inferiori hemiſperio fuerit, uimq́ꝫ ſuam dederit planetæ fortunæ quocunq; reſpectu, uel planetæ infortunij per reſpectum bonum, teſtimonium perfecte bonum eſt. Conſideranda etiã eſt adunatio Lunæ cũ aliquo planeta, ſcilicet, an uterque latitudinem habeat, aut alter tantum, aut neuter. Si ambo

Teſtimonia mala in domib⁹

Fortunatus planeta.

in Zodiaco fuerint aut latitudinem habuerint sed æqualem, & in eadem parte, testimonium perfectũ est secũdum qualitatem Planetæ Lunæ coniũcti. Si autem alter in Zodiaco fuerit, alter uero ex utralibet parte latitudinem sed paruã habuerit, aut ambo ex utraq; parte, latitudo tamen unius maior latitudine alterius, minuitur testimonium secundum quãtitatem latitudinis. Si uero latitudinē ex diuersis partibus habuerint, nullum testimonium erit. Si uero Luna ex opposito aliquem planetam respexerit, habueritq; coæqualem latitudinē, & ex diuersis partibus testimonium perfectum. Si autem ex una parte fuerit, licet latitudo æqualis, nullius sunt testimonij. Si alter in Zodiaco est, alter latitudinem habeat, uel ambo latitudines inæquales & in diuersis partibus habeant, minuitur testimonium.

Latitudo planetarũ quæ fortunam significet.

Si uero luna aliquem planetam ex tertio uel sexto respiciat, & alter in Zodiaco fuerit, alter extra parũ, diminuit testimoniũ. Si ambo latitudinem habeant, uel ex diuersis partibus uel ex eadem, dimidium est testimonium. Si Luna ex quadrato aliquem planetã respiciat, siue uterq;, uel alter, uel neuter latitudinē habeat, testimoniũ perfectũ. Si Luna à Sole minus quàm duodecim gradus distat, perfecte malum testimonium. Si uero ex quadrato uel opposito Solem respiciat, dimidium testimonium malum. Si ex tertio uel sexto, bonum testimonium perfecte. Si Luna adunata fuerit Saturno, uel in respectu Saturani, fueritq; ipsa inter adunationē & oppositionē eius & Solis, Sturni malitiam minuit. Si autem inter oppositionem & adunationem fuerit, eius malitiã auget. Si uero adiuncta Marti uel ĩ Martis respectu fuerit, è cõuerso accidit quàm in Saturno. Si Luna & aliquis aliorum planetarum fuerit in diuersorum signorum gradibus, à linea æquenoctiali æquidistantibus, uel in fine à dextra, uel in fine à sinistra, testimoniũ perfectum secundum planetæ qualitatem. Si in domo sexta Luna est eti

am absq; omni respectu, testimonium dimidium malum, Si Leo uel Sagittarius uel Aquarius Oriēs fuerit, omnia testimonia præfata perfecta dimidiabuntur, in eadem qualilate tamen permanentia. Ad huc semper ad tres dominos triplicitatis Orientis considerandum, nec curandum an ipsi planetæ fortunæ uel infortunij fuerint. Quod si omnes tres uel duo eorum in domibus bonis fuerint, nec eorū in domibus bonis existentium aliquis retrogradus uel cōbustus fuerit, testimoniū perfecte bonum, Si autem in malis domibus fuerint tres uel duo eorum, aut retrogradi aut combusti, testimonium perfecte malum. Deinde trium dñorū triplicitatis status considerandi, & per eosdem dños, annos nutritionis diuidendos, & cū cuiq; annus cum tertia anni parte, contingat, primus dñs triplicitatis, primum annum cum prima tertia sequentis anni iudicabit Secundus uero dominus, duas reliquas cum duabus tertijs tertij anni, Tertius, quod reliquū est pro statu suo iudicabit. Primum quoq; annum nutritionis, primæ domui asscribendum: secundæ secundū: tertiæ tertium: quartæ quartum: & si in aliqua illarum domuum est planeta malus, in anno domui asscripto, infirmitatem nascens patietur, cuius morbi qualitatem per planetæ qualitatem perpendere poteris. Tempus quoque infirmitatis, hoc pacto perpendas: A principio domus in qua est planeta, uide per quot gradus æquales distet ipse planeta, & singulis duobus gradibus & dimidio, unum mensem tribue, & singulis gradibus, duodecim dies. Ex his aūt, de quibus in sexta domo rationabimur, membrū passurum cognoscet.

Triplicitatis dñi annos nutritionis dispensant.

Nutritionum anni in domos distribuuntur.

Potissimum autem omnium testimoniorum est, ut planetæ super totum circulum potestatem habentis (quem Sarraceni Almutez dicunt) statum consideremus, eius em̄ testimonium, pro qualitate sui status omnibus alijs simul acceptis æquipollet, Hunc autem sic inuenies, Sciēdum ergo quod loca prin

Almutez quomodo inuenitur

Adunatio nis id est coniunctio nis.


cipalia quinque sunt: Vnus Solis, alter Lunæ, Tertius est locus Adunationis uel oppositionis, utracunq; harũ natiuitatẽ præcesserit. Hic autem dissentiũt sapientes, cum enim oppositio natiuitatem præcesserit, dubitãt an locus Solis, an locus Lunæ, tertius accipiendus sit. Ptolemæus autẽ affirmat semper locum eius qui superius hemisperiũ in oppositione obtinuit, tertium ponendum. Hermes autem & Dorothius, asserunt tertium ponendum esse, locum superius hemisperium tenẽtis in natiuitate. Indi tamen & Messahalla dicunt, locum Lunæ in hora oppositionis semper ponendum tertium: quibus consentiunt sapientes Sarracenorum, quibus & ego. Quartus gradus Oriens Quintus Pars fortunæ, quæ secundum Ptolemæũ semper de die & nocte sumenda est à Solæ ad Lunam. Computa quot uirtutes habeat quilibet planetarum in his quinq; locis & in loco in quo est, & in die natiuitatis & hora. Da domino domus, quinq; uirtutes: dño uero honoris, quatuor: dño triplicitatis, quisq; horum fuerit, tres: dño termini, duas, dño faciei unã:

Discordia astrologorum in Almuta colligendo.

Si quis in domo prima fuerit, da ei duodecim uirtutes. Existenti in decima, undecim. In septima, decem. In quarta, nouem. In undecima, octo. In quinta, septem. In secunda, sex. In nona, quinq;. In octaua, quatuor. In tertia, tres. In duodecima, duas. In sexta, unam. Attribue domino diei septem: dño horæ, sex uirtutes: & planeta ergo qni plurimas uirtutes habuerit, ille est Almutez, & secundum hoc quod numerus uirtutum cuiusq; cæterorum, ad numerum uirtutũ huius accesserit, secundũ hoc uirtus eius in nascẽte apparebit. Et qm̃ antiqui in natiuitatib⁹ tractãtes secundũ ordinẽ domorum procedere cõsueuerunt, non secundũ ordinẽ licet, naturalẽ, à Ptolemæo in libro quatuor capitulorum obseruatũ, & nos antiquorum uestigiis insistentes, eodem ordine pcedemus. In primis ergo de aĩa & eius affectibus, & corporis cõplectione & uitæ quãtitatẽ ratiocinabimur.

Quot dignitates, quilibet planeta in qlibet loco essentiali habeat.

Quatuor capitulorum Quadripartitũ Ptolemæi intelligit.



D iudicandum ergo de anima nascentis, primo statũ Mercurij cõsidera. Si Mercurius fuerit Occidẽtalis à Sole, nec sub luce eius nisi in Ariete & Leone. Nec retrogradatiõi propinquus. Et in aliquo angulorum quod est, eum fortem esse. Animam fortem liberalem famamq́ fortitudinis & libertatis indicat. Quod si fuerit in domo casus, subtilitatẽ sine fama significat. Quod si post angulum fuerit in prædictis, mediocrem significat. Quod si in aliqua suarum domorum fuerit, liberalium artium scientiã portendit. Quod si fuerit in aliqua domorum Saturni, uel ex quadrato uel ex opposito, Vbicunque extiterit, respiciat aliquam,

Animi dotes quo modo iudicentur.

philosophiam prædicat, altorum & diuinorum indagatricem.

Quod si fuerit in aliqua domorum Iouis, uel eum quocunque modo respiciens fuerit, aliquã beneuolam largam legum amatricem demonstrat. Si in domo Martis, uel quolibet eius respectu, aliquam maledicã & de omnibus malis suspicantem. Si in Scorpione uel in respectu Martis, ex quadrato uel ex opposito, Lunaq; utrumlibet horum respexerit, alienorum raptorẽ fraude, & latronẽ significat. Si minus à Sole quàm in 16. minu. distiterit, uel in domo Solis fuerit, Astronomicum uel Physicum. Si in aliqua domorum Veneris, uel ei adunatus fuerit, uel eam ex sexto respiciens, aliquam simplicem musicæ appetitiuam. Dicit Ptolemæus: si Mercurius & Luna se adinuicem respexerint, aliquam naturaliũ affectuum domitricem signat, dicta & facta omnia moderãtem ratione, Si neuter alterum, nec Orientem respexerit, omnia contraria significat, Si alterum contigerit tãtum, nunc ordinate, nunc perturbate prædicta administrabuntur. Si fuerit sub luce Solis uel combustus, nisi sit receptus pluribus quàm 16. minutis à Sole distans, aliquam debilem & pauidam, etiam si eadem passus in aliqua suarum domuũ fuerit, uel Saturni quod sapientiæ indicatiuum est, scientiam quidem, sed paruam significat. Si retrogradus, perfidiam. Si Orientalis à Sole, & fortis cum sapientia, manualium operũ peritiam, indicat. Magis aũt si cum Luna uel in Lunæ domo fuerit. Si in signo mobili, sermonis & operis inconstantiam. Si in stabili, contraria. Si in bicorpori, duplicem, aliud in ore, aliud in corde, habentẽ. Dicit Ptole. Considera planetam, qui est Almutez, super locum Lunæ & super locum Mercurij. Per hunc facilius sciturus qualitates animæ secundum naturam planetæ Almutez & proportionem eius ad Solem & ad angulos, secundum uirtutem planetarum eum respicientium, uel ei adunatorum, Et secundum signum

in quo est, cum omne signum uirtutem domini sui habeat. Di-
co autem si Almutez habet aliquam uirtutē in Oriente, & do-
minus sit horæ, ipse solus sufficit ad iudicandum de anima. Si
nec uirtutem in Oriente habet, nec dominus sit horæ, debes mi
scere naturam domini Orientis, uel planetæ existentis in Ori-
ente cum uirtutibus Mercurij & Almutez. Dixit Messahal-
la: signa ignea, signa Regum sunt, sublimiū aliquarum demon
stratiua: dico tamē naturam igneorum, pro qualitate domino
rum suorum uariari. Si enim Aries Oriens fuerit: Martis natu
ram habebit, bellicosus, uerbosus, discordiarum seminator, &
hæc intendentur & remittentur secundum debilitatem uel for
titudinem Martis habitam in natiuitate: Et secundum respe-
ctum planetarum ad Martē. Quod si Iupiter, in natiuitate Ari-
etem tenuerit, nec combustus, nec retrogradus, ad fidei & re-
ligionis obseruationem, nascens alios inuitabit: Si Leo in Orien
te fuerit, aliquod sublime dominium, scilicet, super alios appe
tentem laborem operum exosam indicat. Si Iupiter in eo ex-
titerit à Sole Orientalis, quia est quintæ dominus, bonos filios
habiturum. Item quia est dominus octauæ, longam uitā. Si ue
ro ibidē Mars fuerit, iracundum, bellicosum, longas uias pro-
fecturum, quia est dominus nonæ. Et secundum fortitudinem
uel debilitatem Martis in natiuitate, ea quæ confert Mars inten
dentur uel remittentur. Et notandum quod in omni natiui
tate, Mars iræ indicatiuus est. Sed si fuerit in signo igneo, ma-
ior erit iracūdia quàm in aquatico, & in signo humanam for-
mam habente, sanguinis humani effusor erit. Saturnus quo-
que, in omni natiuitate solicitudinis, & tollerantiæ laborum si-
gnficator est. Sol uero appetitus honoris & potestatis. * Ve-
nus, appetit Mulieres, ludos & cōuiuia, potationes, & his simi-
lia. Mercurius, sapientiam & opera, & magis si fuerit Occi-
dentalis à Sole. Iupiter, fidem firmam & appetitum pe-

Signa ignea Regum sunt.

Planetarum qualitates & proprietates, quas in natiuitatib. proferūt.

☞

cuniæ. Luna uero, uirtutes naturales & complectionē corpo
Cōplexio corporis q̄ modo sciri queat. ris indicat. Et notandum complexionem corporis perfecte
sciri posse, & per naturam signi in quo est Luna, & proportio-
nem Lunæ ad Solem. Et naturam planetæ respicientis uel Lu-
nam uel Orientem, uel utrunque. Pulchritudinem uero per
Pulchritudo quomodo sciri queat. horum trium figuras, Orientis, scilicet, & signi in quo est Al-
mutez, & signi in quo est Luna, perfecte, scies. Signa uero
pulchritudinis sunt: Gemini, Virgo, Libra, & prima medie-
tas Sagittarij. Signa aūt mediocris pulchritudinis sunt, Scor-
pius, Capricornus, Pisces. Quod si Almutez fuerit in Zodiaco,
Macies: macrum nascentē portendit. Si extra, secūdum quantitatem
Pinguedo latitudinis, pinguedinem. Si aliquod rectorum in Oriente fue-
rit atque in eo Luna uel Almutez, longitudinem maiorem qui-
dem, si uterque significat, & hoc respectu parentum. Per do-
minum horæ, & per planetam existentem in Oriente, uel gra-
Color. dum Orientem respicientem, colorem habebit.

Nunc de uita dicendum.



SI natiuitas diurna fuerit, uide locum Solis. Si in-
ueneris eum uel in decima uel in undecima, secun
dum partitionem domorum, Sol Hylech erit, q̄d
Hylech quid. mulier interpretatur, siue in masculino siue in fe-
minino signo fuerit. Quod si aliquis planetarum qui potesta-
tem habet super locum Solis, Solem respexerit, ille planeta Al
Alcochoden. cochoden, q̄d maritus interpretatur, erit. Quod si plures pla-
netæ Solem aspexerint, de illis sume Almutez: Si uero nullus
planeta Solem respexerit, fac ut docebo postea, quod si Sol fu
Quando Sol sit Hylech. erit in nona domo, uel in septima, & in signo masculino, pone
Solē Hylech, & uide si poterit habere Alcochoden. Si uero in
prædictis domibus, nona scilicet uel septima, & in signo femini

no fuerit, uel in alijs domibus, non pones eum Hylech. Quod si Sol non est Hylech, uel est Hylech sed non habet Alcochoden, uide locũ Lunæ: Si fuerit in domo septima, siue in masculino siue in feminino signo, pone eam Hylech. Similiter si fuerit in decima uel in undecima & in signo masculino. Et notandũ, q̃d in alijs domibus, superius hemisperium tenentibus, Luna Hylech esse nequit. Item si Luna fuerit in prima domo uel tertia, siue in signo masculino siue feminino, uel in quarta uel in quinta & in signo feminino, pone eã Hylech: Si autem in signo masculino uel in alia domo inferioris hemisperij, ne ponas Hylech, Quod si Lunã Hylech inueneris, uide si habeat Alcochoden, an non: si nõ habet Alcochoden, uide si natiuitatẽ præcesserit, adunatio uel oppositio Solis & Lunæ, si adunatio præcesserit, & si gradus adunationis fuerit in aliquo angulorum, uel in domo quæ est post angulum, illum gradum pone Hylech, & uide si habeat Alcochoden. Si oppositio Solis & Lunæ, natiuitatem præcessit, sume gradum oppositionis eius, scilicet: qui in natiuitate fuit super terrã, & quomodo de gradu adunationis operare, quod si non habueris Hylech, siue Alcochoden, pone gradum Orientem Hylech, & eius quære Alcochoden, & si nõ habuerit Alcochoden, pone partẽ Fortunæ Hylech, & eius quære Alcochoden, & si non habuerit, uita nascentis breuis erit, & quem primum interemptorũ, gradus Oriens, offenderit, nascẽtem perimet. Et quanto plures Hylech & Alcochoden fuerint, tãta uita ꝓlixior erit. Q̃d si natiuitas nocturna fuerit & Luna in aliquo locoꝝ prædictoꝝ in superiori, scil. uel inferiori hemisperio, pone Hylech, & q̃re eius Alcochodẽ: & si ipsa nõ fuerit Hylech, uel Alcochoden non habuerit, pone Solem Hylech, si fuerit in prima uel quarta uel quinta, siue in feminino, siue masculino signo, & quære eius Alcochoden, & si ipse non poterit esse Hylech, uel non habuerit Alcochoden, operare ut

Quando Luna Hylech esse possit vel non.

Vite breuitas siue prolixitas quomodo sciatur.

ſupra de gradu adunationis uel oppoſitionis de gradu Orien-
te uel partes Fortunæ. Et ſciendū ſi natiuitas fuerit poſt op-
poſitionem, & Sol & Luna ambo in natiuitate fuerit ſuper ter
ram, ſume locum Solis. Quod ſi natiuitas nocturna fuerit & Lu
na ſub terra, ſume locum Lunæ in oppoſitione ad Hylech faci-
endum, & cū habueris Hylech, cuius ſit Alcochoden, uide Al-
cochoden, ſi fuerit in aliquo angulorū quatuor, nec fuerit ſub
luce Solis, nec retrogradus, uita naſcentis tanta, quanta eſt mul
titudo annorum maiorum, illius Alcochoden. Quod ſi fuerit
Alcochoden in domo undecima uel quinta, & fuerit ille plane
ta unus de tribus ſuperioribus & Orientalis à Sole, Vel unus
de tribus inferioribus & Occidētalis à Sole, reputa eum quaſi
eſſet in angulo: Vitæq; naſcentis, maximos annorum aſſcribe.
Si Alcochoden eſt aliquis ſuperiorum trium & Occidentalis
à Sole: Vel aliquis inferiorū, & Orientalis à Sole, annos me-
diocres uitæ attribue: ſimiliter annos mediocres uitæ aſſcribe,
ſi fuerit in ſecūda uel octaua, ſiue Orientalis ſiue Occidētalis So
li fuerit. Si uero fuerit in domo caſus, minimos annorū uitæ
adiudica, quod ſi Alcochoden fuerit ſub luce Solis, numerus
annorum ſibi aſſcriptorum, numerum dierū ſignificat tantum.
Si Alcochoden retrogradus fuerit, & inter primam ſtationem
& oppoſitum, deme unam quintam, reliquum uitæ aſſcribens,
& hæc eſt ꝓportio Albumaſar de qua Scheden eius diſcipulus
in libro ſuo mentionē fecit. Si Sol uel Luna Hylech fuerit, bo
noq; reſpectu Alcochoden ſuum reſpexerit, addēdus eſt nume
rus minorum Hylech, annorum numero Alcochoden, ſed ſi re
ſpexerit eum ex quadrato uel oppoſito, nec addes nec detrahes
quid, numero Alcochoden. Si Mars uel Saturnus ex quadrato
uel oppoſito, Alcochoden ſuum reſpexerit, uel Mercurius in-
fortunatus, uel ex quadrato uel oppoſito, ſuum Alcochoden re
ſpexerit, minimos annorū reſpicientis, ab annis ſibi propoſitis


deme: cum uero aliquis horũ trium, ex tertio uel sexto respexerit, nec minue nec adde. Iupiter, Venus, Mercurius fortunatus, quocunq; modo suum Alcochoden respexerit, respicientis minimos annorum adde Alcochoden annis. Si planeta sit Alcochodẽ, qui inferior existens superiori planetæ alicui uim suam dederit, superior erit Alcochoden, uitaq; erit secundum hoc quod ille Alcochoden fuerit in angulo, uel post angulum uel in domo casus, & secundum planetas ipsum respicientes.

Dicit Ptolemæus: Vide Almutez qui super quinq; loca principalia fuerit, illũ pone Alcochoden, Ptolemæus & omnes antiqui in hoc cõcordant, quod ea quæ diximus de Alcochoden, ad ueritatẽ ꝓpe accedunt. Veritas autẽ sic habet: Duc Hylech usq; ad locũ corruptiõis uitæ, q semp est ꝓpinquus annis, quos ostẽdit Alcochodẽ, ante & retro, secundũ annos Alcochoden cum gradibus distans, qđ si feceris ductus ꝑ directionem cum gradibus æqualibus, fac quoq; respectus cum gradibus æqualibus. Si feceris ductus cum ascensionibus terræ, uel cum ascensionibus circuli recti, uel mixtis, secũdum quod in Astrolabio docuimus, fac respectus planetarum secũdum partitionẽ domorum, qui modus ducendi melior & ualentior est. Nunc autem loca corruptionum uitæ exponemus. Gradus Oriẽs uitam corrumpit, si Luna est Hylech. Si gradus Oriẽs Hylech, Luna uitam corrumpit: principium quoq; quartæ domus, uitam corrumpit: principium similit̃ septimæ domus, si Hylech fuerit in septima uel nona, retro ducendus. Locus quoq; Solis, & quadratum & oppositum. Locus quoque oppositus, loco domini octauæ, siue planeta sit fortunæ uel infortunij; Caput quoq; & cauda draconis Luna existente Hylech. Saturnus quoque & Mars & Mercurius non fortunatus, scilicet loca horum & quadrata & opposita uitam rumpunt. Eorundem respectus ex tertio & sexto si aliquis horum dñs fuerit sextæ uel octauæ

Veritas & certitudo inuestigãdi terminũ vitę.

Loca corruptionis vitę.

uel duodecimæ, similiter termini horum. Si planeta Fortunæ, respexerit terminos eorum quocunq; modo uel Sol uel Luna ex trino uel sextili, morbo quidem graui affligetur, non tñ uita priuabit nascẽs. Locus quoq; Aldebaran, humerusq; Canis, & cor Scorpionis: cor Leonis: caputq; diaboli: q^d est in Tauro.





OMVS secunda, est domus pecuniæ. Hic dicemus de proprietate & felicitate in quo tempore, suorum annorum contingat. Primo Iupiter considerandus: *Si hic fuerit in aliquo angulorum* uel post angulum & *Orientalis à Sole*, & *potestatem* habens

super Orientem in natiuitate, diuitiarum possessionem signifi
cat. Si dominus secũdæ domus, fuerit in prima domo, fueritq́ꝫ
fortunatus, sine labore diuitias possidebit, & per naturã illius
planetæ, poteris scire unde diuitiæ futuræ sint. Vt si Sol fuerit, Diuiciæ vnde pro-
illi per potestatẽ diuitiæ contingent. Si Mars, per bella uel per uenient na
latrocinia. Si Saturnus, ex hæreditate mortuorum. Si Iupiter, to.
ex fide uel ex magistris fidei. Si Venus, ex parte mulierum. Si
Mercurius, ex sapientia uel ex mercatura. Si Luna, ex operibus
manuum uel per itinera: Quod si dominus ille non fuerit fortu
natus cumq́ꝫ planeta infortunij respexerit, totam illam pecuni
am amissurus est. Si dñs secũdæ, ubicunqꝫ fuerit, uim suã dede-
rit dño primæ, dñsq́ꝫ primæ in aliquo angulorꝫ fuerit, nec com
bustus nec retrogradus, multam & sine labore pecuniam possi
debit. Dicit Alchindus: uide Almutez super domum secun-
dam, & super partem Fortunæ, & super locum Iouis & secun
dum statum illius iudicabis. Dico autem respiciẽdum semper
ad tres dños triplicitatis signi loci Solis, si natiuitas diurna fue- Diurna natiuitas.
rit: si uero nocturna fuerit, ad tres dominos triplicitatis signi in
quo est Luna, siue alteruter horꝫ fuerit Hylech siue neuter, & se Noctur na natiui-
cundum status illorum trium, de tribus partibus uitæ iudica- tas.
bis, prima enim pars uitæ, domino primo triplicitatis: secũda,
domino secundo: tertia, domino tertio: dedicatur. Et hoc secũ-
dum naturam cuiusqꝫ eorum, & secundum proportionem ad
Solem, & ad alios planetas, & secundum uim domus, & signi
in quo est, & secundum proportionem domuum eius ad pri-
mam domũ. Dicit Albumasar, Scheden referente: fortuna
sine falacia, ut domini triplicitatis signi in quo est Sol, si natiui
tas diurna, uel triplicitatis signi in quo est Luna: si natiuitas no-
cturna fuerit, sint in angulo uel post angulum in suis locis re- Significa
cepti, nulli impedimẽto per planetas infortunij subiecti, uel q̃d tiones bo
dominus Oriẽtis in angulo uel post angulũ suo loco receptus næ fortunæ

uel directus quod si adunatus fuerit planetæ fortunæ uel eum respexerit, tãto melius. Si Sol in angulo existens uim suam domino Orientis dederit, fortuna magna & laudabilis erit, similiter si dominus Orientis uim suam Soli existenti in angulo dederit, uel si planeta fortunæ fuerit in Oriente, aut cum domino Orientis, & non in domo casus, uel si pars fortunæ fuerit in Oriente, dominusq; partis fortunæ eam respiciat, uel Mercurius in Oriente uim suam fortunæ planetæ, in angulo existenti dederit, uel si dñs decimæ in Oriente existat, eumq; nec combustum nec retrogradũ planeta fortunæ respiciat, uel si Iupiter in domo undecima fuerit directus dominus Oriẽtis, uel loci Solis in die, uel loci Lunæ in nocte, uel dñs gradus adunationis uel oppositiõis q natiuitatẽ præcessit, uel si Venus in domo quinta, sit in domo prima, potestatẽ habẽs, uel si fortunæ planeta, dominus quartæ, in prima domo fuerit, uel si Venus Iouem respexerit in domo decima, uel undecima, uel prima, uel quarta, uel quinta existentẽ, uel si Luna Solẽ benigne respiciat, neutro eorum in domo casus existente, uel si Sol in die, uel Luna in nocte, est in domo sui honoris non infortunatus in Oriente potestatem habens. Dico autem si aliquis superiorum trium Orientalis à Sole uel aliquis inferiorũ Occidentalis ab eodem fuerit, uel ille superior ultra quindecĩ gradus à Sole, uel infra nonaginta, & ille inferior ultra quindecim gradus usq; in finẽ trium signorum, & uiginti duorum graduum, quæ est portio eorũ recta siue sit planeta fortunæ, siue sit inforunij, si sit in angulo potentiam, honorẽ, diuitias magnas significat: si post angulũ, mediocres: si in domo casus minores significat. Differentia tamen est hic inter planetam fortunæ & infortunij, per hũc enim sine labore, per illum cum labore & timore, supradicta contingẽt. Et poteris scire ex qua parte supradicta contingent si domum in qua planeta ille potestatem habet inspicias, &

maxime eam domum, quam ille planeta respicit. Si enim dominus Orientis fuerit, sua propria prudentia prædicta comparabit. Si dominus secundæ per pecuniam suam. Si tertiæ, per fratres suos, uel per scientiã fidei, & ad hunc modum in aliis domibus dic. Dicit Albumazar, qđ pars fortunæ iudicat sup primam medietatem uitæ, dominus uero partis, supra reliquam partem uitæ. Dicit Hermes: Planetæ existentes in superiori hemisperio, siue sint boni, siue sint mali, super primam medietatem, qui uero in inferiori, super secundam medietatem uitæ iudicãt. Dicit Messahalla, planetæ Orientales à Sole, sup primam medietatem. Occidentales super secundam iudicant. Veritas sic est, planeta q in primo angulo, uel dominus primi anguli fuerit, primam quartam uitæ iudicat, qui uero in secundo, id est, in decima domo uel dominus illius anguli, secundam quartam. Qui uero in sepitma: uel dominus septimæ: tertiam. Qui autem in quarta domo uel dominus eius, postremã quartam. Si uero planeta qui est in aliquo angulorum, est Orientalis à Sole, iudicabit primam medietatem quartæ sibi ascriptæ: Si uero Occidentalis, secundam medietatem eiusdem quartæ uitæ. Dicit Ptolemæus: Luna iudicat quatuor primos annos: Mercurius decem sequentes. Venus octo: Sol decem & nouem: Mars 15. Iupiter duodecim. Reliquũ uitæ Saturnus, secundum status cuiusque in natiuitate iudicabit in tempore sibi præfinito. Dicunt sapientes Persarum: alio pacto tempora uitæ distribuentes, si natiuitas diurna fuerit: Soli decẽ primos annos attribuunt: Veneri octo sequentes: Mercurio tredecim: Lunæ nouẽ: Saturno undecim: Ioui duodecim: Marti septem: Capiti draconis tres: Caudæ duos. Et hi omnes sunt septuaginta quinque anni. Quod si uita ulterius protenditur, sequentes annos, prædicto ordine iudicabunt per numeros annorum prædictos. Si natiuitas nocturna fuerit: Luna per primos annos iu-

Notio quemedia diuitię acquirãtur.

Que tempora ętatis quique planete iudicant.


Nocturne natiuitatis etatis domini.

dicabit: deinde Saturnus: deinde Iupiter: deinde Mars: deinde Sol: deinde Venus: deinde Mercurius quisq; p spaciũ annorũ sibi asscriptorũ supra noĩatorũ iudicabit: deinde Caput: deinde Cauda. Et hanc partitionem uocant Alfridar. Insuper quamlibet prædictarum partitionũ per septem diuiserunt, primam septimã, domino illius partitionis Soli attribuentes, secundam uero septimam, ipsi & planetæ proximo ei & inferiori in circulo, tertiam septimam, ipsi & planetæ tertio ab eo secundum ordinem planetarũ quomodo & in horis, & secundũ uim uniuscuiusq; in natiuitate, & respectum alterius ad alterũ suo tempore. Indi uitam in nouem partes distribuerunt quas nouenas appellant, domos quoq; per gradus æquales, primam nouenam iudicant secundũ planetas existentes inter principium duodecimæ domus, & Orientem, uel secundum respectus in supradicto spacio habitos, uel secundum domos duodecim, & secundum hunc ordinem domus prima, secundam nouenam iudicabit, secũda tertiã nouenam: Nona, quartam: à principio nonæ domus usq; ad finem eiusdem iudicat. Nouena quinta in decima iudicatur. Sexta nouena in undecima: Septima nouena in sexta domo: Octaua nouena in septima domo: Nona nouena in octaua domo. Fit autem iudicium hic secundum planetas in illis existentes domibus, & secũdum respectum & dominos earum. Et hæc domus secunda, dicitur domus prosilientis ex insidijs. Nam si bonus planeta in ea fuerit inopinato bono gaudebit, si uero malus, malo inopinato affligetur. Messahalla dicit, si planeta fortunæ nec cõbustus, nec retrogradus fuerit in secunda domo, ꝑpetue felix erit, Si uero infortunij, fueritq; in sua potestate, spõte, ꝑpria sua dilapidabit. Si uero nõ in sua potestate, uiolentia amittet uel furto. Pars autem pecuniæ sumitur à loco domini secundæ domus, secundæ dico, iuxta partitionem domuum, factam secundum latitudinem terræ, usq; ad

Domus prosiliẽtis

Pecuniæ pars quę sit.

principium secundæ domus, & eam distantiam adde Orienti, & uide in qua domorum finiatur computatio, quia terminus distantiæ, est pars pecuniæ, quæ si fortunæ est, ex parte eorum quorum indicatiua est illa domus, pecunia continget.




OMVS tertia, antiqui probauerũt quod Mars de fratribus iudicat & cuiusmodi status erit, fratres habebit, & secundum proportionem eius ad Orientem & dominum Orientis, fratres eius ad ipsum se habebunt. Dicit Doroneus: Saturnũ planetarum summũ, de corpore nascentis iudicare. Iouem uero secundum ab eo qui & secundæ domui ordine assimulatur, de pecunia.

De fratribus.

Martem uero de fratribus: cõsanguineis: & fratribus uxorum. Hic enim domui tertiæ, ordine similis est: Solẽ uero quartum à Saturno, quartæ domui similem de patribus. Venerem quintæ domui similem, de lætitia & eius adiunctis. Mercuriũ de seruis. Lunã de uxoribus. Saturnus item octauæ domui similis, de morte iudicat. Iupiter nonæ similis, de fide. Mars decimæ similis, de uictoria & honore. Sol similis undecimæ, de laude & fama. Venus duodecimæ domui similis, de labore & pœnitentia uoluptatis præcedentis. Dicit Hermes: Quod dominus horæ natiuitatis fere æqualem potentiam cum domino Orientis habet: Dominus uero horæ sequentis, de pecunia iudicat. Dominus tertiæ de fratribus: & sic de dominis nouem sequẽtium horarum operare usq; ad completionem duodecim domuum.

Dicit Ptolemæus: Secundũ statum, Saturni & Solis, in natiuitate de fratrib9 maiorib9 iudica scd̃m statũ Iouis, & Martis de mediocribus, secundũ statũ Mercurij: de minimis scd̃m statũ Lunæ: de sororib9 maiorib9, scd̃m statũ Veneris, de minorib9. Dicit Andruzagar: Dñs primus triplicitatis, domus tertiæ, sup fratres maiores iudicat: dominus triplicitatis secũdus super mediocres: dominus tertius, de minimis.

An nascens futurus sit primogenit9.



Dicit Zahel: Si uis scire an nascens sit primogenitus matris suæ. Vide an Saturnus est in aliquo angulorũ, uel Sol in aliquo angulorum in domo sua & regno, uel dominus Orientis est aliquis trium superiorum, & in domo tertia uel dñs tertiæ sit aliquis trium inferiorum, & sit in Oriente, si aliquod horũ testimoniorum inueneris, iudica primogenitum. Ego autem dico licet hæc testimonia sint concurrentia, tamen ea falsa inuenisse.


Autorum hypotheses quędã falsę.

Falsum quoq; inueni quod Ptolemæus in libro quatuor capitulorum dicit: Si inueneris Solem & Lunam & Orientem in aliquo bicorporum, uel in pluribus, iudica gemellos natos fuisse. Falsum quoq; quod Messahalla dicit: Si inueneris partem fratrum

In signo bicorporum, habebit fratres nascens, non eiusdem matris & patris cum eo. *Probaui etiã de Parte fratrum, inspiciendum esse locum Martis, & dominum tertiæ domus, & dominũ partis fratrũ, quæ sumit de die & nocte per additionem distantiæ Saturni ad Iouem & ad Orientem, per statum horum trium scire poteris, qualiter fratres sui erga nascentem se habebunt.* Hæc item domus tertia, de peritia legum iudicat, & secundum fortitudinem uel debilitatem Mercurij, si ipse respiciat hanc domum, uel dominum domus respicientem suam domum: de peritia legum iudicium fiet. Si Iupiter nocte domum tertiam tenuerit, legis suæ rigidus custos erit, si uero in die, apparens & non existens erit. Pars abscondita quæ nocte & die sumitur, addendo distantiam Lunæ ad Solem Orienti secundum planetas respicientes eam: de arcanis conscientiæ nascentis erga Deum & erga homines iudicat, quod si Iupiter fortis in natiuitate partem illam quocunque modo respexerit, & Deum diliget & à Deo dilegitur. *Si dominus huius partis retrogradus fuerit, simulq; dominus tertiæ uel nonæ, uel si dominus tertiæ uel nonæ ex quadrato uel opposito suam domum respexerit in duodecima existens: fidei suæ desertor erit.* Item hæc domus est de uijs breuibus & diurnis, secundum planetas respicientes & se & dominum eius iudica.

Peritia legum ex 3. domo iudicatur.

Itinera breuia.



DOMVS quarta: Omnes antiqui in hoc confentientes domũ hanc patri, decimam aũt matri afcribũt, Ptolemæus autem econtrario fentit. Anirizi, quartam in die domum hanc patri: decimam matri: nocte econuerfo, afcribit. Gerzeiomoor, fi domus quarta mafculina fuerit, eft patris: fi feminina quocunq; tempore matris eft. Hoc autem falfum, nã fi quarta mafculina, decima quoq; mafcula erit, *ueritas eft cui* & Hermes, & omnes Indi fapientes confentiũt, quod antiqui dixerunt. Poteris per natiuitatẽ filij, & quantitatem

Ex filij natiuitate patris dinofcitur vita

& qualitatem uitæ paternæ reliquæ, poft natiuitatem perpendere hocpacto: Infpice quatuor loca quæ de patre iudicant, lo-


cum scilicet Solis, locum Saturni, domum quartã, & partem patris, quæ sumitur in die addẽdo Oriẽti distantiam Solis ad Saturnum, nocte à Saturno ad Solem, quod si Saturnus sub luce Solis fuerit, die à Sole ad Iouem, & nocte à Ioue ad Solem sumitur. Si natiuitas diurna est, primo locus Solis inspiciẽdus si est in aliquo angulorũ ex quadrato uel opposito Saturnum uel Martem respiciens: nec Iouem ullo modo respiciens breuem uitam patris significat, & secundum numerum graduum interiacentiũ à Sole usque ad alterũ prædictorum respectuũ, quantitas uitæ erit, si autem Sol in angulo fuerit nullum infortunij planetam: Iouem autem respiciat, uel Venus cum ipso fuerit: uita prolixa erit. Cuius si quantitatẽ scire uolueris, uide si Sol est in aliquo locorum supra nominatorũ, in quibus potest esse Hylech, & si planeta q super illa loca quatuor est Almutez, Solem aliquo modo respexerit, ab eo uitæ quantitatem deprehendes, nam si ille planeta q Almutez est super quatuor prædicta loca est in aliquo angulorũ eius, annos mediocres patri tribue. Si non est in aliquo angulorũ minimos. Notandum etiam si Sol fuerit Hylech, patri & filio cum Sol secundum ductus peruenerit ad aliquem locorum prædictorũ corruptionis uitæ, pater & filius simul infirmabuntur: quod si aliquod trium reliquorum testimoniorum patris, eadem hora & nullum testimoniorum filij illuc peruenerit, filio euadẽte pater morietur, & ecõuerso. Quod si utriusque aliquod testimonium eodem simul peruenerit, simul morientur. Superius etiam diximus non nisi duobus testimonijs habitis iudicandũ esse. Si Sol Hylech patris esse non poterit in natiuitae diurna, inspice Saturnum, quod si fuerit in aliquo angulorum uel in undecima uel in quinta, eum pone & quære ei Alcochoden. Si est in loco in quo non potest esse Hylech, uel in loco in quo est Hylech nec habet Alcochoden, sume domum quartã, & uide si aliquis eorum

ibi potestatem habens uel qui maiorem, si plures in ea potestates habuerint, respectum ad eum habuerit, & ab eo sume quantitatem uitæ. Si non fuerit, uide partē patris, & sume ubicunque sit, & inspice si in illa potens eā respiciat, & ab illo sume quantitatē uitæ, quod si patri Alcochoden non inueneris, breuis eius uita. Si autem inueneris die seu nocte Solem, & Martem à linea æquinoctiali æquedistantes uel in extremitatibus declinationis, fueritque Mars in signo figuram hominis habentē, patris uita breuis gladio terminabitur. Si Sol uel dominus quartæ die fuerit in duodecima, pater filium affectu suo priuabit. Si dn̄s Orientis est cum Sole in angulo combustus, pater filum in uinculis tenebit. Si natiuitas nocturna fuerit, primo p Saturnum de uitæ quantitate inquire, qui si fuerit in aliquo locorū in quibus eum ponendum esse Hylech diximus, in die si Sol Hylech esse non potuit, pone eum Hylech, & quære ei Alcochoden, & per Alcochoden de uitæ quantitate inquire patris. Si aliquid horum defuerit & Sol fuerit in Oriente uel quarta domo uel quinta, pone eum Hylech, & quære ei Alcochoden. Si nullum horum fuerit, operare ut supra in die, de quarta, uel Parte patris, operandum docuimus, & secundum ea quæ contingunt planetis respicientibus Solem & Saturnū & Quartam & Partem patris, de fortuna uel infortunio patris, post natiuitatem iudicabis.

Ptoleme. Ex quarta domo de finibus rerum iudicat.

Hæc domus de rerum finibus iudicat, cuius principium in signo recto si fuerit, dominus quoque eius in signo recto omnes res nascentis fine bono claudentur. Si uero in signo obliquo, econtrario, si planetam fortunæ in hac domo existentem dn̄s secundæ quocunque modo respexerit, nisi alteruter eorum combustus uel retrogradus fuerit, nascens pecuniam absconditā inueniet; quod si Saturnus in hac domo, significatioque fortunæ fuerit, Orientalis à Sole & fortis; hæreditate mortuorum ditabitur & agriculatura; Si autē Saturnus uel Mars uel


Mercurius infortunatus in hac domo & in signo infortunij fuerit, & magis si quis horũ retrogradus fuerit in natiuitate principis, subditi nascentis in eũ insurgent. Vtrum autem horum uictoria cessura sit, poteris agnoscere per planetam in hac domo existentem, & per Almutez natiuitatis: Si enim Almutez fortior fuerit, nascens uictoriam habebit.



DOMVS quinta. Si Iupiter & dominus quintæ & Almutez natiuitatis fuerint in signis, humanam formam habentibus, nascẽs prole carebit: contrarium uero continget si in signis Aq̃ticis: q̃d si in alijs signis nec multos nec nullos habebit natos. Nec cures uerba Ptole. in li. quatuor capitulorũ de prole: nec uerba Hermetis, in uirga aurea Contra Ptolemeũ

quia probata sunt esse falsa. Si planeta q iudicat de filiis combustus fuerit, uel planetæ infortũii adunatus, uel in malo respectu aliquo eius est, filii nascentis, patre superstite, morientur. Dicit Andruzagar, dominus primus triplicitatis, domus quintæ, de filiis maioribus, secundus de mediocribus, tertius de minoribus iudicat, quisque secundum fortitudinem suam. Sexum autem prolis deprehendere poteris per hæc quatuor. Per naturam planetæ iudicatis de filiis positionem eius respectu Solis, per proprietatem quadrantis secundum Orientẽ & naturam signi in quo est primum horum quatuor fortissimum, sequentia ordine dicto degenerant. Messahalla: Vide partem filiorum, quæ die & nocte sumitur addendo Oriente differentiam Martis ad Iouem, quæ si terminat in signo masculino, primus natorum mas erit. Probatum est, Si Iupiter in quinta, uel undecima fuerit, siue Orientalis siue Occidentalis à Sole fuerit siue in masculino siue feminino signo fuerit, primus natorũ mas erit. Notandum etiam quod dominus quintæ & Venus iudicant de lætitia, secundum statum eorum in natiuitate, & secundum respectum domini quintæ ad Orientem uel ad Almutez Orientis, erit affectus filialis erga patrem.

Sexus plis quomodo addiscatur.



DOMVS sexta. Primũ dicendum de membris planetarum, & prius de eis quæ uisum concernunt. Soli & Lunæ oculi dedicantur. Hermes: nascentis maris in die oculum dextrum Sol iudicat: Luna sinistrum, in nocte econuerso. Feminæ uero, in die nascentis dextrũ, Luna: Sol sinistrũ, iudicat, nocte econuerso. Ptolemæus tamen, siue maris siue feminæ, siue die siue nocte, nascentis oculum dextrum, semper asscribit Soli: sinistrum Lunæ. Secundum Hermetem: auris dextra nascentis die, siue maris siue feminæ Saturni est, sinistra Iouis, nocte econuerso. Ptolemæus semper dextram Saturno, sinistrã Ioui asscribit. Hermes: nascentis in die Marti

Que membra quibusnam planetis asscribantur.

dextram: sinistrã Veneri siue mas siue fœmina fuerit, attribuit: nocte econuerso. Ptolemæus tamen semper dextram Marti: sinistam Veneri dat. Omnes, Mercurio linguam asscribunt, & hæc partitio capitis: Membrorum autem intrinsecus latentium hæc partitio. Sol cor cum cerebro habet, Luna pulmonem & stomachum, Saturnus splenem, Iupiter epar, Mars bilem, Venus renem dextrum, Mercurius sinistrum. Mars cum Venere, pudibũda utriusq; sexus. Iã dictũ est in Isagogis de partitione membrorum per signa: Aries capiti præest, Taurus fronti secundum Hermetem, secundum antiquos collo, Gemini, brachijs cum humeris, Cancer, pectori, huic quoq; stomachus participat, Leo cordi, stomacho etiam participat, Virgo, diaphragmati, Libra ilijs, Scorpius posteriora cũ uerendis habet, Sagittarius femora quibus equis insedimus, Capricornus, genua, Aquarius tibias, Pisces pedes. Andruzagar ostendit in suo libro cuiusmodi dolorẽ quilibet planetarum in suo signo ostendat. Saturnus in Ariete pectoris dolorẽ. Iupiter cordis. Mars capitis. Sol femorum. Venus pedum. Mercurius tibiarum. Luna genuũ. Hoc pacto docuit cuiusmodi dolorem quilibet planetarũ, in quolibet signo ostendat quod, se in quodam libro inuenisse asserit, nec rationem huius rei subiungit. Nos uero rationẽ huius rei partitionis dicemus, In spice quemuis planetam, & scias quota domuum post Arietem, prima sua sit, & si dominus illius domus est, in illa attribue ei caput, qđ Arieti assimulatur: qđ si ipse in secundo, à sua domo, da ei collum, quod Tauro simile. Et hoc exposuimus in exemplo, qđ de Ariete supra dedimus, quia Capricornus est prima domus Saturni, ad quem Aries ita se habet, ut Cancer ad Arietem, in quo Saturnus dolorẽ pectoris significat: & Cancer pectus iudicabit, & quia prima domus Iouis, est Sagittarius in quo Aries distat, sicut Leo ab Ariete, & Leo cordis indicatiuus est, ideo

Interiorũ membrorũ ad planetas partitio.

Quæ signa membris præsint.

Quos dolores in Ariete ostendit

Iupiter in Ariete, cordis dolorem significat, & quia prima domuum Martis est Aries, ideo Mars in eo, dolorē capitis ostendit, & quia Aries nonus est à Leone domo Solis, ut Sagittarius ab Ariete dolorē femorum ostendit, & quia Aries est duodecimus à Tauro, prima domo Veneris, ut Pisces ab Ariete, q pedum dolorem significant, ideo ea in Ariete pedes iudicat, & qa prima domuum Mercurij sunt Gemini, à quibus Aries undecimus, ut Aquarius tibiarum demonstratiuus ab Ariete, ideo tibias Mercurius iudicat. Et quia Aries est decimus à Cancro domo Lunæ, ut Capricornus ab Ariete, quia Capricornus genua iudicat, ideo Luna in Ariete genua iudicat. Et sciendum quod signa infirmitatum sunt: Taurus, Cancer, Scorpius, Capricornus & Pisces. Dicit Messahalla: Planetæ superius hemisperium tenentes, de parte dextra iudicāt, qui sub terra de infirmitate partis sinistræ. Hermes dicit: Caput Orienti attribuendum, collum secundæ domui, & sic deinceps secūdum proportionem, quæ ab Ariete incipit. Iam diximus sententias autorum: nunc autem dicendum qualiter operandum est, Si inueneris Almutez in aliquo signorū à Sole combustum, uel cum planeta infortunij, membrum illius signi passurū iudica, secundum partitionē quam in Ariete diximus. Similiter iudica, si Luna fuerit in aliquo angulo℞ uel in sexta cum planeta infortunij nec aliquis planeta fortunæ eam respexerit scilicet, memb℞ passu℞, cuius domus illa significatiua, magis autem: si Luna cū planeta infortunij aliqđ signū infirmitatis tenuerit. Si Luna cum Saturno sine respectu planetæ fortunæ, aliquod signorum aqueæ naturæ tenuerit fuerit℈ ipsa & Saturnus fere eiusdem latitudinis, lepræ fœdationem signat, si in signo terreæ naturæ, melācholicam complexionē & plerum℈ cum morbo caduco. Dicit Ptolemæus: Si Sagittarius & Gemini, cum suo infortunio Saturnū & Martem habuerit, maniam

Signa infirmitatū

&uulsionem significat dæmoniorum: si Luna cũ Marte aliquod aquaticorum tenuerit, infortunium per aquam calidam. Si aliquod igneorum per ignem futurũ significat, si aliquod aereorum per sanguinem. Dicit Ptolemæus: Si Saturnus est in quarta, uel eam ex opposito respiciat ipsaq; terrea fuerit, pariete nascens obruetur, si aquatica, aqua submergetur. Si Saturnus uel Mars fuerint in Sagittario, ab equo prosternetur. Si dominus septimæ, est in nona uel in tertia, & planeta infortunij eum respexerit, à loco edito cadet. Si Sol super terram fuerit in aliquo angulorum adunatus Saturno, uel ei oppositus, uel ex quadrato, nullo planeta fortunæ eum respiciente, cæcitate laborabit. Si Mercurius dominus sextæ est, prædicto modo se ad Saturnũ sic habens, perpetuã cæcitatem significat testimonium autem hoc firmius erit, si Luna Solem uel Saturnum respiciat, sic se habentes. Similiter iudica, si Luna fuerit super terram nocte & ad Saturnum se habuerit prædicto de Sole modo, magis autẽ si ipsa est domina sextæ, similiter iudica si Mars ad Solem uel ad Lunam modo prædicto de Saturno, se habuerit, sed malũ in oculo patietur ex ictu. Ex ictu hominis, si Mars humanæ formæ signum tenuerit, si igneorum aliquod ex ictu bestiarum, si aliquod terreorum, fuste uel ferro, si aliquod aquaticorum, ex cerebri reumate. Et sciendum si Mercurius est cum Saturno uel ĩ aliquo eius respectu malo, nec Mars nec aliquis planeta fortunæ eum respiciat, linguam impeditam & ligatam, magisq; si super terrã fuerit significat si ipse prædicto modo se habens Pisces tenuerit, uel dominus Orientis uel Almutez natiuitatis fuerit, mutus erit, si ipse est in Piscibus cum Sole, & dominus Orientis idem, Marsq; respiciat eum nec Saturnus, torrente locutionis laborabit. Si Luna sub terra fuerit & cum planeta infortunij in aliqua domorum Saturni, pectoris laborem cũ tussi significat. Si Saturnus dominus sextæ est,

Saturnus in quarta.

Cæcitas quando, & reliqua oculorũ incommoda

Linguæ impedimẽta.


& super terram, & Mars eum male respiciat, nec aliquis planeta fortunæ: malum in aure dextra significat, quod si eodem modo sub terra se habuerit, splenis infirmitatem significat. Si Iupiter dominus sextæ fuerit, & super terram & eum planeta infortunij male respiciat: significat infirmitatem auris sinistræ. Si sub terra eodē modo se habens: infirmitatē epatis. Si Mars dominus sextæ super terram est, & infortunatus: infirmitatem dextræ naris significat. Si Venus similiter se habuerit: infirmitatē sinistræ auris. Si Mars sub terra prædicto modo se habuerit: ictericia laborabit. Si Venus sic sub terra se habuerit: in renibus patietur. Si Venus cū Marte in Scorpione fuerit: mentula ei curtabitur. Videndum est si pars infirmitatis quæ die sumitur à Saturno ad Martem, nocte econuerso, addenda Orienti, si subiecta fuerit respectui mali planetæ nec respectui alicuius planetæ fortunæ: patietur membrum significatum à signo quo ipsa Pars infirmitatis, inuenitur . Semper uidendum est, si Almutez domino sextæ cōiunctus fuerit, uel male eum respiciat sine omni propugnatione planetæ fortunæ, & dominus sextæ à Sole Orientalis fuerit: morbus per locum illius planetæ significatus, perpetuus erit. Si uero Occidētalis à Sole prædicto modo se habuerit: plurib' infirmitatibus laborabit quarum nulla perpetua erit. Ptolemæus ait: Cuius Oriens Taurus, uel Scorpius fuerit: ipsemet suum morbum cibis non conferentibus, cogitationeq; pusillanimi suam infirmitatem augebit. Hoc autem dictum est quia dominus Oriētis, est dominus sextæ, & secundum hanc rationē iudicauit Ptolemæus proportionem signorum. Cuius Oriens, Aries uel Libra fuerit: ipse sibi causa mortis erit, quia dominus Oriētis & octauæ idem est. Cuius uero Aquarius, ipse sibi inimicos parabit, qa dominus Orientis & duodecimæ idem est. Cuius Oriens Capricornus, auarus erit, quia dominus Orientis & secūdæ idem est: Si Ori-

Iouis.

Veneris.

F


ens sit Virgo uel Pisces: sua industria Regum familiaritatem & honorem sibi comparabit, quia dominus Orientis & decimæ idem est. Si Oriens sit Sagittarius uel Gemini: ex repositione negociatione comparatorum ditabitur, quia dominus Orientis & quartæ idem est. Dicit Andruzagar: dominus primæ triplicitatis sextæ, de infirmitate iudicat, dominus secũdæ triplicitatis sextæ de seruis, dominus tertiæ triplicitatis eiusdẽ sextæ, de pecudibus. Si status domini primæ triplicitatis laudabilis est, parum morbis laborabit. Si uero illaudabilis: nascens morbis multis affligetur, & secundum hoc quod dominus triplicitatis secundus, domus sextæ, & Mercurius ad Orientem & ad Almutez se habuerit, secundum hoc iudica an seruos habiturus sit, & si habiturus est an bonum, an malum per eos consecuturus, & secundum quod dominus tertiæ triplicitatis, & Luna se habuerit ad Orientem & ad Almutez, secundum hoc iudica, an habiturus sit pecudes, an non, & si habiturus, an utiles, an non sibi future sint.




DOMVS septima. Ptolemæus: Venus iudicat de Fœminis, secundum hoc quod ipsa se habuerit in natiuitate de illis iudica. Si ipsa fuerit in septima, uel in duodecima discordias cũ ipsis nascens habebit uel pro illis. Si uero in Oriente uel in undecima, amorem mutuum cum ipsis, & utilitatem pro ipsis non modicã. Si Venus in Leone fuerit, amor usq; in languorem intendetur. Dico autem si Oriens est aliqua domum Veneris, uel domus honoris eiusdem, res amplius intendetur, & quæcunq; de Venere dicta sunt, constant: si illa nec retrograda, nec combusta, nec infortunata fuerit, Quod si ipsa cõbusta fuerit, & in aliquo angu- De Fœminis

lorum, nec Iupiter eam bene & fortiter respexerit, multa oc-
culta & contra naturam committet, & magis hæc erunt, si Ve-
Signa incontinẽtiæ quæ. nus aliquod signorum incontinentiæ tenuerit, sunt aũt hæc: Pi-
sces, Aries, Taurus, Capricornus, quod si Venus Virginẽ tenue-
rit q̃ est domus casus eius, ardẽtius ignominiosis, & innaturalibus
instabit. Si Venus in aliq̃ domorum Saturni, uel cũ ipso, uel sub ali-
Fornicatores qui. quo respectu eius fuerit: sordes nascẽtis augebunt. Si Venus cũ
Marte uel in aliqua domorum eius fuerit uel sub respectu eiusdẽ,
multũ fornicabit. Si Mercurius in septima, & in signo mascu-
lino, nec retrogradus nec cõbustus fuerit, q impetus animi ad-
ministrat, oĩa indifferenter cõmittet. Et sicut per statũ Veneris
de fœminis iudicamus, sic p statũ dñi in se, & respectũ eius ad
Orientẽ, & ad Almutez de eisdem iudicabimus. Hermes: si
in natiuitate uiri Venus cõbusta sit, uxor uiro prius morietur:
si uero in natiuitate fœminæ Mars sit cõbustus: maritus uxorẽ
præcedet. Ptolemæus, in iudicijs de re fœminæ: Lunã Vene-
ri adiungendã, nam si ambæ cõbustæ fuerint: uxore, nascens ca-
rebit, & hoc magis se sic habebit si ipsæ in domibus casus fuerit:
uel Venus retrograda. Messahalla in natiuitate uiri siue di-
urna siue nocturna, uide Partem uxoris à Saturno ad Venerem
quæ sumitur Orienti addenda, in natiuitate uero fœminæ à
Venere ad Saturnum Orienti quoque addenda, & secundum
domum in qua notitia illa terminat & secundum respectus ad
Cui natus ducturus sit uxorem ipsam iudicabis, & sicut de natiuitate uiri p Venerẽ & Lunam
iudicat: sic de natiuitate fœminæ p Solem & Martẽ iudicabis:
Soliq; & Marti dñis septimæ in hac re cõparticipabit. Ptole-
mæus: si ĩ natiuitate lux Lunæ augescit, anteq̃ pueniat ad medi-
um spaciũ uitæ naturalis, natus ducet uxorẽ: si uero lux decre-
scit, in uita subsequenti ducet. Messahalla: Luna crescente in na-
tiuitate iuuenculæ: decrescente uetulæ, ducentur. Superiores à
Sole quãto magis fuerint tãto in ætate puectiores, quanto infe-


riores & tāto natu iuniores ducēdas significat. Si Venus & Luna & dñs septimæ oēs in signis bicorporib⁹ fuerit, multas uxores ducet, si duo tm̄ de his tribus, sic se habuerint, pauciores, & sic deinceps, si in signo firmo, unā. Et eodē modo iudicandū in natiuitate fœminæ p Solem & Martē & dñm septimæ. Dicit Andruzagar, dñs primus triplicitatis domus septimæ, de uxore iudicat, scd's uero triplicitatis dñs, de aduersarijs, tertius uero triplicitatis dñs, de comparticipantibus quālibet rem, & secundum uim & fortitudinem cuiusuis horum, & respectum ad Orientem & ad dominum Orientis, iudicabis de commodo uel incommodo ex supradictis prouenturo. Numer⁹ uxorū ducēdarum.



DOMVS octaua. Iupiter & Venus, in domo octaua nec combusti nec retrogradi: non uiolenta morte moriturũ significant. Si Saturnus in octaua, & Oriens igneæ naturæ fuerit: per aquam moriturum significat, Marte tenente octauam humanæ figuræ signum, uel secũdam Tauri faciem uel primam Leonis: ferro periturum significat. Ptolemæus. Si Mars fuerit in Geminis & Sol in Piscibus per quadratum ab eo distans in natiuitate diurna, uel Luna in nocturna: suspendio peribit: si Luna fuerit in octaua cum Saturno, uel Marte, uel Mercurio nõ fortunato, uel in respectu quadrato alicuius horũ, male morietur. Messahalla: si Venus à Sole distiterit, q̃draginta septẽ gradib⁹ siue Orientalis siue Occidentalis. Mercurius uigintiseptẽ, & alter horũ potestatem in octaua habuerit: male morietur. Si Mars Ioui oppositus fuerit, & alter horum dominus octauæ fuerit: manu Iudicis peribit. Si dominus Orientis est combustus, in septima, & in ea Sol nullã potestatem habuerit, insurgentium in eum manu peribit. Si Sol uero potestatem in ipsa habuerit, manu regis peribit. Si dominus octauæ est in duodecima cum planeta infortunij, uel in eius respectu, captiuus peribit, si idem dominus octauæ in quarta fuerit & infortunatus: in carcere peribit, si dominus septimæ est in nona infortunatus, in signo terreo, præcipitio peribit. Si Luna in Scorpione fuerit, & in aliquo angulorum & Saturnus eam in circulo ecentrico, ab alto loco descendens respexerit, fluxu uentris peribit, si uero eam in eodem Scorpione existentem ascendens & propinquus loco alto suo respexerit Saturnus: constipatione peribit. Dicit Zachel in multis natiuitatibus se probasse, si Luna in Virgine fuerit & Soli opposita: peribit in aqua. Et si Luna cõbusta fuerit in aliqua domorum Saturni, & in aliquo angulorum, uicio pulmonis & tussi peribit. Et si Mars est dominus octauæ, & ipse est in septi-

Qui suspẽdio perituri sunt.


ma, in signo aëreo uel aquatico, sanguinis fluxu per inferiorem regionem peribit. *Si dominus octauæ Orientem uel dominũ Orientis male respexerit: timore & angustia affligendũ significat.* Si eosdem bene respexerit, timore solo sine angustia affligetur: *Si dominus octauæ octauam respexerit, in sua patria, uel prope eam morietur.* Si dominus octauæ est in nona uel in tertia: inter alienos obibit. Probatum item est, quod plurimi nascentes in adunatione Solis & Lunæ, in oppositione perieruut, nascentes uero in oppositione, mortui sunt in adunatione. Andruzagar. Dominns primus triplicitatis huius domus iudicat de morte, quem si inueneris sub Sole: occulta morte peribit, de qua iuxta signum, in quo est, & secundum planetas ipsum respicientes iudica. Dominus uero secundus triplicitatis, de hæreditate mortuorũ &, si dominus secundæ domus, est planeta fortunæ, & eum respexerit, hæreditati mortuorum præsidebit. Dominus uero tertius triplicitatis, secũdum statũ suum de statu cogitationum nascentis mentisq́ angustijs iudicat & pœnitentia.



Domus nona. Si dominus Oriẽtis in nona fuerit, spõte sua uias longas ibit, quod si planeta fortunæ in eadem nona cum ipso fuerit, uel ipsam respiciat: in uijs suis, bene ei continget, si autem aliter: econuerso. Saturnus in nona ostendit metus futuros in itinere, magis autem in mari, & adhuc amplius, si in signo aquatico. Mars similiter in nona timorem indicat, sed magis in terra futurum, & adhuc amplius si in signo terreo. Si dominus Oriẽtis est in nona, ostẽdit nascentem uias longas affectare, similiter dominus Orientis in septima, ostendit, quoniam in sua patria parum morabitur & secũdum eius statũ inter alienos ei continget, & secundũ respectum

planetarum ad ipsum. Videnda est quoq; pars itineris in terra
agendi, quæ sumitur iuxta æquationem domorum à domino De ꝑ itine
nonæ usq; ad principiũ nonæ, addẽda Orienti. Similiter pars ris per ter
itineris agendi per aquam inspicienda, quæ sumitur à Satur- rã & aquã.
no, usq; ad decimumquintum gradum Cancri, Oriẽti addẽda:
& secundum quod inueneris has duas partes, & planetas ipsas
respicientes iudica. Nunc autem quoddam communiter ad
omnem partem pertinens, dicam: Secũdum qualitatem & sta
tum planetarum, partem respicientium, sic & res erit, cuius il-
la pars est, & secundum statũ planetæ maiorẽ uim habentis in
loco partis, & ipsam partem respicientis, erit finis eius rei, cu-
ius illa pars, quod si nullus potestatem habens in illo loco par-
tis ipsam respiciat, infirmum quidem & fragile erit, quod pars
indicat, & aduentitium uelut accidens naturæ. Notandũ quo
que hanc domum nonam de fidei religione & scientia iudica-
re, in qua si Saturnus respiciatur à domino Orientis, scientiam
de constantibus & firmis, ut de philosophicis & rebus alchi-
miæ quæret. Iuppiter quoq; in eadem à domino Orientis re-
spectus, de legibus iudicat, & magis si Orientalis à Sole fuerit.
Mars, de Physica, Sol de Astronomia, Venus de Musica, Mer-
curius de Dialectica & Abaco, Luna de historijs. Inspicienda
quoq; pars scientiæ, quæ nocte & die sumitur à Saturno ad Io-
uem, addenda loco Mercurij, & scd̃m planetas eã respicientes,
de sciẽtia & fama iudica. Sciendũ etiã, ꝙ adunatio Iouis & Sa
turni fuit in Aquario ante exitũ Iudæorũ de Aegypto, eorun-
dem adunatio fuit in Leone anñ Christi natiuitatẽ, eorũdẽ uero
adunatio fuit in Scorpiõe ante natiuitatẽ Mahometi. Saturnus
in nona in natiuitate Iudæi, suam fidem constãter seruaturam
ostendit, in Christiani uero natiuitate, suã fidem neglecturam
iudicat. Sarraceni quoq; nascentis idem fidem infirmat. Sol ue
ro in nona, fidem Christiani nascentis cõsolidat, Iudæi & Sar-

raceni, fidem nascentis negligendam ostendit, Mars in nona, Sarraceni fidem seruandam docet. Christiani uero & Iudæi nascentis fidem in irritum ducit. Andruzagar, Dominus primus triplicitatis nonæ iudicat de uijs longis. dominus uero secundus triplicitatis, de scientia, tertius uero de somnijs, & secundum statum horum de his rebus iudicandum & si domus nona in signo firmo inchoet, uel Saturnus in ea: nisi ipsa inchoet ab Ariete, somnia uera uidebuntur. Si uero in signo mobili, somnia sine effectu erunt. Si Saturnus dominus nonæ fuerit: plurimis somniorum suorum mortuos & planctus & dæmones, sepulchra quoque & uias suas per deserta fieri uidebit. Si Iupiter dominus nonæ fuerit, plurimis somniorum suorum personas honorabiles orationes facere ecclesias, & huiusmodi uidebit. Si Mars: bella, eqtes, equos, ignes, canes. Si Sol: reges, principes, potestates. Si Venus: fœminas & reliquã materiam odorum. Si Mercurius: doctos libros, scholas & huiusmodi. si Luna: aqs, mare, puteos, iter agere, uolare p aëra uidebitur.



DOmus decima: Si natiuitas diurna est, & Venus est in undecima uel decima, uel septima, uel in Oriẽte, pone eam Hylech, nisi ipsa combusta fuerit, deinde uide, quis planeta ipsam respiciat, & potestatem in illo loco habuerit, & fac illi habere Alcochoden, quod si Alcochoden est in aliquo angulorum, ei attribue annos mediocres, si uero alibi, minimos. Et infortunij planetæ ex malo minuunt respectu. Planetæ uero fortunæ ex quocunq; respectu, augmentant quæ Alcochoden dona ostendit, & est ducendus locus Veneris ad locum alicuius interemptorum, qui proximus est loco annorum Alcochode, per hoc sciemus quantitatem uitæ matris. Si Ve-


nus fuerit combusta, uide locum Lunæ, quā si inueneris in Oriente uel in septima, signo siue masculino, siue fœminino, uel in tertia, siue masculino, siue fœminino, uel in decima, uel in undecima, uel in quarta uel in quinta, signo autem fœminino, pone eam Hylech, & quære ei Alcochoden opans, ut supra. Si natiuitas nocturna fuerit, uide si Luna fuerit in aliquo locorum, in quibus in proximo eam diximus esse quærendam, pone eā Hylech, Si uero in nullo illorum locorum eam inueneris, uide si Venerem inueneris in aliquo locorum, in quibus ipsam quærendam supra diximus, uel in quarta, uel in quinta, pone eam Hylech. Si neq; in die neq; nocte Hylech utramlibet harū inueneris, pone decimam Hylech, & quære ei Alcochoden, si nō inueneris illi, sume partem matris, quæ die sumitur à Venere ad Lunam, nocte econuerso addenda Orienti, eā pone Hylech, & quære ei Alcochoden, quod si non inueneris, duc decimam domum cum ascensionibus circuli recti, ad proximum locum corruptionis annorum uitæ. Hermes: Planeta malus in Cancro, ostendit matris infirmitatem perpetuam, & uitam breuē. Si uero malus in Leone, patri eadem contingent. Vide quis fuerit Almutez super quatuor loca principalia matris, quæ sunt locus Veneris & locus Lunæ, & decima, & pars matris, & secundum statum illius Almutez, & respectus ad illum, iudica de fortuna uel infortunio matris. Si Venus cul Luna ī duodecima fuerit, mater filium suo affectu priuabit. Si uis scire an habiturus sit natus honorem uel potestatem, uel famæ magnæ futurus sit, primo adunatio Iouis & Saturni inspicienda, in qua triplicitate fuit, quod sic scies: Scias adunationem Iouis & Saturni in Ariete, post. 960. annos reiterari, & in fine singulorum uiginti annorum, in aliquo igneorum adunatur, & fit adunatio eorum in igneis, in nono à præcedenti adunatione, & ita in signis igneis duodecies adunātur in. 200, fere & .40. annis. Dein

Honores nati qūo iudicandi.

de fit adunatio eorundem in signis terreis secundum ordinem prædictum de signis igneis, totiens & tanto annorũ numero. Deinde fit adunatio eorum in signis aëreis, prædicto modo. Tandem in aquaticis omnino prædicto modo. In tempore autem hoc.1154. ab incarnatione domini est adunatio eorum in triplicitate terrea: eorum enim prima adunatio in signo terreo fuit in uirgine; post adunationem autem in igneis mutatio est facta in terreis: nũc aũt.111. anni sunt ex quo incœperunt adunationes in hac triplicitate fieri, restãt autẽ adhuc 115. per quos continuabuntur adunationes in eadem. Omnis autem natiuitas quæ fit in hoc tempore dum adunatores in terris fuerint magni honoris & magnæ famæ erunt. Magis autem cuius Oriens fuerit gradus in quo prima adunatio fuit, cuius Oriens fuerit gradus, in quo fuit adunatio proxima ante natiuitatem. Est autem distantia adunationum uiginti annorum. Hermes: Omnis nascens cum aliquam fixarum primi honoris in Oriente uel in principio decimæ in gradu solis in natiuitate diurna: uel in gradu Lunæ in natiuitate nocturna habuerit. Honorẽ & diuitias maiores quàm antecessores sui possidebit secundum temperantiam illius fixæ, hoc quidem uerum est: si fixa paruæ latitudinis fuerit. Si autem magnæ: parum uis eius in natiuitate apparebit. Adde partem honoris quæ sumitur in natiuitate diurna, à loco Solis usq; ad finem deciminoni gradus Arietis. In natiuitate uero nocturna, à loco Lunæ usq; ad finem tertij gradus Tauri, adde inquã Oriẽti: si Planeta bonus est ibi uel eam bene respexerit secũdum statũ eius honorem adipiscetur: e conuerso si malus planeta. Si in natiuitate aliquem planetam in domo sui honoris inueneris: uide naturam illius planetæ & in quota domo sit ab Oriẽte: per hoc sciturus quibus ex rebus honor illi continget. Notãdum quod planetæ professionis operũ indicatiui tres sunt: Mars, Venus & Mercurius: Mars


Significatiuum honoris.

tolerantiam laboris & agilitatem, Venus delectationē, Mercurius scientiam administrat. Si isti in natiuitate se respexerint operum manualium facilitatem quantam uult habebit, secundum uim tamen cuiusque horū, in natiuitate iudicandum est. Si Saturnus in decima domo fuerit & in signo aquatico & uim in Oriente habuerit, nauta nascitur, si Orientalis est a Sole, si uero occidētalis, cerdo. Si uero in decima domo fuerit & in signo terreo & potestate in Oriēte habuerit & Orientalis à Sole, architector erit: si Occidentalis, latomus puteorū uel fossor: si uero Saturnus & Mercurius in decima domo simul fuerint uel Mercurius Saturnum ibi existentem respiciat, alteruterq; horum in Oriente potestatem habuerit siue Saturnus Orientalis, siue Occidentalis, fuerit, agri mensor erit. Iupiter de ordinatis & iudicibus iudicat: Mars in suo honore domoue sua & Orientalis à Sole, bellatores et milites producit, in domo uero casus uel in humiliatione flebotomatorem, in signo igneo ferri fabrum, uel ligni fabrum, si Mercurius retrogradus eum respexerit, sutorem pānorum uel pellium. Mars combustus, furnarium producit. Sol uero dominū iudicat, Venus caupones, lusores schakorum, histriones, mimos &c̄. huiusmodi. Mercurius: magistros, scribas. Luna uero mercatores, iterq; agentes. Andruzagar: Dominus primus triplicitatis domus decimæ de matre iudicat. Dominus secundus de honore, tertius de professione, secundum uim autem cuiusq; horum in natiuitate iudicium moderandum. Ptolemæus: Per planetam Orientalem scies professionē nascentis, & iudica secundum quod docuimus si Saturnus in decima esset iudicandum.



DOmus undecima: In hac Iupiter, nec retrogradus nec combustus, nec in domo casus, uel humiliationis fortunam & fauorem cõmunem in omnibus rebus suis ostendit, magis autem si potestatẽ in Oriente habuerit; uel in loco Solis in natiuitate diurna, uel in loco Lunæ in natiuitate nocturna. In hac Venus amorẽ muliebrẽ multiplicat: sed ab amoris principio finis degenerat, quia hæc ẽ domus opposita domui lætitiæ Veneris. Mercurius in hac figurã hoĩs obtinens, amicitiam prudentium, & paruulorum promittit, si nõ hominis figuram obtinet, mercimoniorum fortunam promittit, Sol amicitiam regum & potestatum, regumq; clauigerũ

ostendit, finem eius rei secundũ statum Solis dijudica. Saturnus & Mars controuersias & molestias ex parte amicorum minantur & pannorum amissionem Nam plurimi sapientum pãnos huic domui asscribũt, alij uero quintæ, Luna nec combusta nec adunata, nec à planetis infortunij male respecta, amicitiam & fauorem communium promittit, Vide partẽ amicorũ quæ sumitur die à Mercurio in locum Lunæ, nocte ecõuerso addenda orienti & secundũ domum in qua est, & scdm planetas hãc partẽ respiciẽtes iudica. Andruzagar. Prim⁹ dñs triplicitatis huius undecimæ de amicis iudicat, secũdus de Mercatura, tertius de uestimentis, secundum quorũ dominorum statum de rebus iudica.



DVodecima domus. Hæc inimicitiarum & captiuitatum & carceris & equitaturarũ & hominũ præsidentium brutis, nam planetæ hic existentis docet ex qua parte prædicta timeamus. Saturnus enim senum & seruorum & hominum inutilium ostẽdit. Iupiter honorabilium fideiq́ magistrorum, iudicũ quoq; inimicitias ostendit: Mars militum uiolentorum et uniuersorum latronum. Sol Regum et patris Venus fœminei sexus matrisq́. Mercurius magistrorum sapientium eloquentium: Luna uniuersorum. Et secundum domum quam iudicat planeta hic existens, ex parte illius domus inimicitiæ prouenturæ sunt. Nam si planeta primam iudicauerit ipse nascens inimicitias sibi comparabit, si secundam pecunia, si tertiam fratres, si quartam parentes, si quintam filij, si sextam serui, si septimam uxores & socij in aliquo negocio, si octauam hæreditas mortuorum, si nonam extranij, si decimam princeps terræ, si undecimam amici. Si dominus duodecimæ hic fuerit, plurimæ inimicitiæ in die illius planetæ nascenti obuiabũt. Vide partem inimicitiarum quæ die sumitur à Saturno ad Martem, nocte econuerso, hanc adde Orienti: Si planetæ infortunij hanc respiciant: infortunium inimicis continget, si planetæ fortunæ, prosperabuntur eius inimici. Si dominus Orientis in hac fuerit, & in signo humanæ figuræ neq; eum planeta fortunæ, respexerit, captiuabitur nascens: si dominus nonæ uel tertiæ quocunq; modo eum respexerit, siue fortunæ siue infortunij fuerit planeta, à captiuitate liberabitur. Si dominus Orientis in hac combustus fuerit, in captiuitate morietur. Et semper iudica secũdum domũ in qua passus est combustionẽ dominus Orientis: nam si in Oriente combustus fuerit, breuem uitam ostendit, in secunda, paupertatem, in tertia, infortunium à cõsanguineis, in quarta & octaua, quod carcere peribit, in quinta, si in signo aquatico, ebrietate, in sexta languo-

De captiuitate nati.

re longo afflictus peribit, in septima uxor mortis causa secundum naturā signi erit: Vt si terreum per præcipitium, si igneum per ignem, & sic deinceps, si in nona, mala in itinere patietur, si in decima, in captiuitate principis erit, si in undecima p amicos malum continget, si planeta infortunij fuerit in hac, in sagittario uel Leone, ab equo uel alio animali uector præcipitabitur. In hac Saturnus uel Mars uel Mercurius non fortunatus, malum uēturum per bestias significat, per marē, si masculinum: per fœminā, si fœmininum signum est. Saturnus de asinis iudicat. Mars de mulis scz. filijs asini & equæ. Sol de equis

Significatio animātium brutorum.

Mercurius de brudonibus scilicet filijs equæ & asinæ. Luna de bobus secundum statum suum, nam si male Luna fuerit disposita, ex parte boū uel equitatu boū, uel percussione malū continget, Venus de Camelis, Iupiter de Dromedarijs. Andruzagar: Dominus primæ triplicitatis duodecimæ de inimicis. Secūdus de angustijs: Tertius de pecoribus & pecudibus iudicat, singuli secundum proprium.

Explicit feliciter liber Abrahami iudæi, Vtilissimus in ea parte Astrologiæ quæ de Natiuitatibus, tractat, cum figuris exemplaribus singulis domibus antepositis.


Notaueris hic multa loca antehac corrupta, à Dryandro esse restituta id quod in Domibus etiam passim factitatū esse uides.

Expectabis propediem in hac arte pulcherrima quædam.

INEVITABILE FATVM

1537.

בשושנת בין הוחים



Sicut lilium inter spinas.

A. G. V. L. S. I. D. M.



